Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35501
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



24

Beati quorum remisse psalmo
sunt iniquitates et quorum
tecta sunt peccata Beatus vir
cui non imputavit dnus
peccatum nec est in spiritu eius dolus
Quoniam tacui inveteraverunt
ossa mea: dum clamarem tota die
Quoniam die ac nocte gravata est
super me manus tua convertus
sum in erumna mea dum configitur
spina Delictum meum cognitum
tibi feci: et iniustitiam meam non
abscondi Dixi confitebor adversum
me iniustitiam meam dno: et tu
remisisti impietatem peccati mei
Pro hac orabit ad te omnis sctus
in tempore opportuno Verum
tamen in diluvio aquarum multarum
ad deum non approximabunt